



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 105. Castellæ status sub Archiduce mutatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI. A. C. 1506. dus igitur in Arragoniam revertitur, Rex autem Castellanus versus Vallisoletum iter arripit, ibique aliquamdiu commoratus, Regni Ordines convocat, res suas meliori, quo posset modo, dispositurus.

§. CV.

Castellæ status ab Archiduce mutatus.

Marian. ib.
n. 100. 101.
& 102.

Præprimis Regni Ordines Philippo Archiduci pro sumptibus belli in Mauros ducentorum quinquaginta aureorum millia pollicebantur, infra biennium numeranda. Enimvero hoc erat haud levis momenti subsidium, quod populus nuperi belli calamitatibus dire vexatus ultro offerebat. Postea Philippus cunctis officiis novos præfecit Ministros, unde graves exortæ sunt querelæ, quæ progressu temporis in funestam Catastrophen desinebant; jamque non paucos fera subiit pœnitentia, quod neglexissent Ferdinandum, cujus tamen experientia, atque in tuendo bono regimine, regni-que tranquillitate cunctis perspecta erat prudentia. Interim Castellæ Rex, atque Regina Mense Augusto Vallisoletum abeunt, Segobiam petaturi, medio tamen itinere Rex mutato consilio, Durio flumine vectus, Tudelam venit, primo Burgos, inde Victoriam profecturus, ubi unico

unico oculi ictu evanescere conspicieban-
 tur ingentes, eæque optimæ spes, quas Sæcul. XVI. A.C. 1506.
 populi conceperant de præclaris Regis
 sui dotibus, quibus certe universæ Hi-
 spaniæ felicitatem promovisset, si ætate,
 ac experientia rerum crescente adulatorum,
 qui illum obsidebant, turmam, eorumque
 jugum excutere didicisset.

§. CVI.

*Philippi Archiducis, Castellæ Regis
 obitus.*

Cum Burgis Præfectura arcis vacaret, Mariana lib. 28. n. 106.
 Philippus eam Manuelli detulit, qui Petr. Martyr. de Angleria epist. 284. 312. & 316.
 in grati obsequii pignus Archiducem
 sumptuoso excepit convivio, quo absoluto cum ciborum concoctio impediretur,
 mox pilæ minoris ludo diutius indulfit;
 cum vero ob violentum hujus exercitationis motum vehementer sitiret, & ob
 sitis impatientiam potum deposceret, vinum glacie dilutum illi propinabatur: ast eo
 liberalius hausto Philippus ex ludi loco discedens, corpus frigoris horrore concuti
 sensit, postea æstu, febrique concussus, acutissimos lateris dolores patiebatur, ac
 quarta demum die delirium passus, morbi vehementiæ succubuit, cunctisque
 remediis nequicquam adhibitis, sexta valetudinis die vigesima quinta Septembris
 hora post meridiem prima animam